

## Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Orlandino Cottina  
Antwerpensis 1539.

# DE VASCU-

LIS LIBEL.

LVS,



Grandis

Adulescentorum causa ex Bayfio decer-  
ptus: addita uulgari Latinarum uocum  
interpretatione.

VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

APVD S E B . G R Y P H I V M  
L V G D U N I,  
1539.



C A R O L V S . S T E  
P H A N V S . L E C T O  
R I S.



VE S T I sunt his diebus apud nos ali=  
quot pueri bonarum literarum desyde=   
rio, quantū ipsi iudicare potuimus, ual=   
de affecti, se non omnia intelligere quæ   
in libello Bayfij de uasculis contineren=   
tur: uehementerq; cupere, ut quemadmodum ille uir do=   
ctus, eruditioribus & bene literatis operam dederat: ed=   
dem quoq; ratione efficeret, ut iuniores tyrunculi saltem   
aliquid utilitatis & emolumenti ex eius uigilijs percipe=   
rent ac sentirent. Quod cum ille audisset, ut est certe in=   
credibili humanitate prædictus, et publicæ utilitatis aman=   
tiß. facile passus est suum libellum in breuem quandam   
summulam contrahi: quemadmodum in Re uestiaria non   
multis antè diebus factum fuerat in gratiam adulescentu=   
lorum. Neque enim (ut intelligas Lector) eo est uir in=   
genio, qui fibi tantū tribuat, ut doctos solum & eruditos   
amet, puerorum ingenijs non faueat: cuiusmodi fortassis   
erunt nonnulli, qui suam eruditionem tanquam arcanum   
quiddam & diuinum uideri cupiunt, neque uulgo palam   
esse forte grauitatis & autoritatis sue iacturam fa=   
ciant: quasi uero sibi tantum & doctis nati essent. Illud   
scimus, tantum laudis foenus non parere scriptū aliquod   
insigne apud rudes & tyrunculos, quantum apud eru=   
ditiores & magis literatos adferre soleat. Præterea non

A z modi

modicam iacturam docti alicuius nomen facere, si quando  
scriptum suum temere a quoquam inuertatur, atq; im=  
mutetur: quinetiam corrumpatur potius, dum ille puero=rum studijs bene consultum putat. Hoc certe neminem la=tere puto: & sunt mea quidem sententia, plus quam pla=giariorum pœna digni, qui huiuscmodi furtis delectan=tur, & sibi nomen ac laborem alienum attribuunt: nisi id quidem ab autore prius impetrarint, atq; eius animum ad puerorum studium inclinarint: quemadmodum sanè de hoc libello, ut de priore quoque, diligenter à nobis factum est. Non enim uir grauis, & Senatorijs negotijs præpeditus, qualis est noster Bayfius, animum suum al=tiora subinde cogitantem, ad hæc puerilia tam facile de=mittere potuisset. Tantum hoc, incredibilem eius huma=nitatem erga adolescentulos bonarum literarum defydc=rion flagrantes, testatur: quod eorum causa, non permittat

solum, sed etiam alteri negotium committat, ut li=bellus suus puerorum ingenijs aperiatur,

& lucidior fiat: atq; in compendium redactus, uulgaria uasculorum

nomina illis indicet. Quod

factum si quidem tibi

placebit lector,

est unde

Bayfium semper lau=des & aties.

5

# S V M M A R E I

V A S C U L A R I A E  
E X B A Y F I O.

## De uasis significatione.



NCIPIEMVS ab ipsa uasis significatione: deinde uero ad uasorum appellationes ex eorum differentijs ac generibus petitis, certo ordine progrediemur. Sed ne quid lectorem lateat, aut remoretur, admonendus est, ea tantum Bayſij esse, quæ B litteram subsignatam habebunt: cetera ex uarijs autoribus que sit: ne quid in hac parte ab adolescentulis desiderari posſit, quod ad uascularum genera pertinere existimabunt.

Vas, ung uasseau, quod antiqui uasum dixerunt (quod etiam nomine Cato & Plautus utuntur) id significat quod uel liquorē, uel quidpiam aliud continet in usum nostrū: uel etiam quo liquorē aliquem haurimus, siue haurire significet, puyser ut Haurire aquam ex puteo: siue quod uulgo dicitur, humer, ou aualler: ut, -ille impiger hausit Spumantem pateram.

Il en aualla une pleine tasse, sans soy faire prier. Et uero ratione primum ab hominibus inuentū & excogitatum uas fuisse puto, ne manus uascularum officio semper fungentes, identidem uarijs liquoribus inficerentur, dum interdū etiam impuriſſima queq; manibus tractāda sunt. præterea usus & utilitatis gratia: alioqui diuturnū ignis

A 3 calo

calorem manus perferre cogerentur, et in profundissimas lacunas demitti, siquidem uasorum usum semper præbere illis neccesse esset.

Vasculum, ung uaſſelet, ung petit uaſſeau, uaſis di= minutuum, quo non ſolum ad diminutionem significan= dam utimur: sed etiam ad ornatum. Græci autem τεύχη οὐ χούματα uocant, quæ nos uaſa et uaſcula dicimus.

Vasarium dicere poſſumus ex Cicerone, ung buffet, quod Itali appellant una credenza: nempe uasariā ſupellectilem et gazar, ac diuitias aureas et argenteas, quas principes nostri in uarijs uaforuſ caſtaturis collocare ſolent: ut noſtro tēpore tum demū opulentissimus habeatur princeps, cuius mensa innumeris uaforum diuitijs ſcatet. Budæus exactissimi ingenij uir, et iudicij admodum ex purgati, tertio libro de Aſſe, uasarium apud Ciceronem pro lege Manilia accipi contendit, pro ijs quæ antiqui= tus publice dabantur magistratibus, ut ſunt muli, equi, uaſa, et reliqua quæ magistratus instrumentū implerent. Quod probat ex alio eiusdem autoris loco, pro lege Agraria. Intelligimus præterea uafarij nomine pecuniam publice dari ſolitā magistratibus euntibus in prouincias, ex qua ſibi necessaria compararent, quod Auguſti tem= pore Senatus conſulto conſtitutum eſt. Vide Budæum.

Vaſcularius, qui uaſcula argentea et aurea facit. Sunt enim inter aurifices, uaſcularij, caſatores, inaurato= res, et bractearij, des orbateurs: id eſt, qui aurum malleis tuſum, et ad quanuis leuitatem ductile rebus inaurandis iudicunt. Budæus.

Vaſculorum autem et poculorum ſculpendorū ars à Græcis

Græcis toreutice dicta est, à uerbo τορεύω, quod est torno  
cōficio. Tornus autē fabrile instrumentū est, quod uulgs  
uocat, ung touroucr. Itaq; toreutice sculpturam, uel, ut  
aliqui loquuntur, scalpturam complectitur. Vnde tote  
reumata, huiusmodi opera dicuntur, aut sculpta, aut cæ  
lata ex quacunque materia quæ in delicijs habeatur. quo  
uerbo Cicero, Sallustius, & reliqui utuntur. Martialis,  
Solus Phydiaci toreuma cæli,  
Solus Mentoreos habes labores.

Quod autem toreumata torno fierent, & ex quacunque  
materia, id ostendere uidetur locus Vergili⁹ tertia eclo  
ga, -pocula ponam

Fagina, cælatum diuini opus Alcimedontis,  
Lenta quibus torno faciliter superaddita uitis.  
Cælum enim, ung burin, ferrum est sculptorium, in  
strumentum cælatoris. A quo cælata uasa dicuntur, in  
quibus arte sculptoria descripta erant insignia quedam  
opera, uasseaux ouurez, entaillerz, labourez dorfeure  
rie. Plin.lib. x x i i i .cap. vii. Duo pocula Calanidis  
manu cælata emulatus est, ut uix illa differentia esset ar  
tis. De Zenodoro loquitur, scientia fingendi calandi⁹  
nulli ueterum postposito. Budæus tertio de Aſſe, Ma  
gnificam æstimatricem cælature priscam etatem fuisse  
oportet, quæ uasa cælata in singulas libras senis fester  
tijs emeret: id est, centenis & quinquagenis aureis no  
stris. Mirum autem est in auro cælando, inclaruiffe  
neminem: argento, multos: quia in arte maxime laudatus  
est Mentor, de quo suprà diximus: unde labores Mento  
reos uocat Martialis. At uero argentum apud antiquos,

A 4 homi

*hominum sermone celebratius fuit.*

**De uarijs uasorum appellationibus.**

**V**Aserum appellationes uariæ: aliæ quidem à materia sumuntur, ex qua confata & confecta sunt, ut aurea, argentea, ærea, lignea, fictilia, uitrea, crystallina, mur rhina: aliæ uero ab usu & utilitate quam præstant, ut à potu potoria: aliæ autem ab ijs rebus, quas continere solent, nomina accipiunt, ut ab escis escaria, à uino uinaria: item & aquaria & uinaria: & ab unguentis, unguentaria: sic etiam à promulside, promulsiaria: aliæ insuper à forma, quam referre uidentur, ut à modij similitudine, modiolus: & à cymbæ forma, uasa cymbia: aliæ præterea à quibusdam locis, in quibus præstantiora uasa fiunt, uel è quibus materia adfertur excellentior ad ea confienda, ut à Delo & ære Deliaco, uasa Deliaca: à Corintho & ære Corinthio, uasa Corinthia: eadem quoque ratione Samia & Aretina. Quas omnes differentias una cum ipsis uasorum nominibus suo ordine describemus. Ac primùm ipsarum differentiarum genera exequi nescie est prius, quam ad specierum diuisionem ac declarationem descendamus.

**V A S A    A V R E A.**

**R**aram auri mentionem apud antiquos reperiri, & rariorem etiam quam pro nostri temporis opulentia: quemadmodum in auro cœlando inclaruisse paucos, aut neminem, contendit noster Budæus lib. I I I. de Assc. Itaq; uasis aureis raro usos fuisse ipsos ueteres compertū est:

9

est: magis enim argento delectabantur. Sed posteaquam,  
inquit Plinius lib. x x x i i i. cap. x i. Asia primum de=  
uicta, luxuria in Italiam immissa est, aurum magno in pre=  
tio haberit cœpit. Siquidem L. Scipio in triumpho trans=  
tulit uasorum aureorum pondo c. millia.

Vasorum autem aureorum usus apud antiquos præci=  
puus erat in conuiuijs sumptus, et honoris ac luxus gra=  
tia. inde Cicero conuiuialia uasa appellat: Multaq; (in=  
quit) conuiuialia ex auro et argento uasa.

Poculum aureum, une couppe dor. Plinius scribit Phi=  
lippum regem poculo aureo puluino subdito dormire so=  
litum. Cic. in Verrem, Tum illa ex patellis et thuribus,  
lis, quæ uellerat, ita scite in aureis poculis illigabat, ita  
aptè in scyphis aureis includebat, ut ea ad illam rem nata  
esse diceret. Que tu eusses dict, quilz eussent este faictz  
tous propres a ccla.

Patera aurea, une tasse dor. Vergilius,  
ille impiger haufit  
Spumantem pateram, et pleno se proluuit auro.  
Hoc est, haufit plenam pateram auream uini. Il beut tant,  
que une grande tasse pouoit tenir.

Aureus guttus apud Liuium, Argenteo pollubro, et  
aureo gutto.

Aureis præterea uasis uentris onus excipiebant ditiores  
antiqui: quod de Heliogabalo refert Lampridius. Mart,  
in Bassum,

Venbris onus misero, nec te pudet, excipis auro

Basse, bibis uitro. B. Cætera in vasorum speciebus  
dicemus.

A 5              Vas

## VASA CAELATA.

**V**asa cælata, uasseaulx entallez, in quibus uascula-  
riorum & cælatorum artificio insculpebatur uaria  
signa & simulachra Deorum. Plin.lib. x x x i i. cap.  
x i i. Vlyxes & Diomedes erant in phialæ emblemata.  
Emblema autem, ut illud obiter tangamus, ætas nostra  
non nouit: fitque cum interraso, ut inquit Plinius,  
ligno uel marmore, aliud quiddam uel aurum uel ar-  
gentum uermiculato opere eleganter conseritur, &  
aptatur ad uariarum rerum effigies. Ita quoque orna-  
bantur uasa emblematis, dictis ἀπὸ τῆς μορφῆς, quod ua-  
sis adiicerentur, & reuellerentur, cum libitum erat. Hinc  
est quod Cicero Verrem criminatur, qui uasorum Halunti-  
ni emblemata reuulserat, atq; adco pretiosissimam eorum  
partem & toreumata abstulerat impudentissimo latro-  
cinij genere: Sicq; inquit Cicero, Haluntini excusis de-  
litijs cum argento puro domum reuertuntur. Itaque em-  
blema, insertum & insitum quid in æreo aut argenteo  
uase significat, quod pro ornatu temporario & exemptili  
ponitur: uulcus paramentum uocat. Videto diligenter  
Budæum & Bayfium.

Hydriæ præterea argenteæ luxus gratia fieri solabant.  
**Cic.** i i i. **Verrinorum**, Dicebant scyphorum paria cō-  
plura, hydrias argenteas, &c.

Illigabantur & aureis crustis uasa argentea & cym-  
bia, & alia, que incrustata uel crustata dicere possumus,  
emaillez: atq; ab eiusmodi crustis, crustularij dicti, quorū  
artificio uasa crustulis illigabantur: unde & incrustare  
dici

*dicimus. Horat.*

*Syncerum cupimus uas incrustare.*

Cæterū uasa aureis crustis illigata, Martialis in sexto uocat chrysendeta. Dicuntur et lances chrysendetæ ab eodem in apophoretis. Bayfius.

Sigillata quoq; uasa dicebantur, sigillis quibusdam ornata, autour desquelz estoient de petites imaiges enluees en bosse. unde scyphi sigillati apud Ciceronem in Verrem. Signa autē siue sigilla, Græci ἀγάλματα καὶ ἀγάλματα dicunt, suntq; ueluti simulachra uel Deorū uel etiā herouū aut animalium, quibus circunquaq; uasa exornari solebāt, Græci ιχθύων uocāt. B. Vnde Vergilius, Cymbiaq; argento perfecta atq; aspera signis. Cymbia signis aspera dixit, hoc est, sigillata. Ceterum signa illa ab excellentia nomen accipiebant: ut signa Corinthia, hoc est, quæ in Corinthon fiebant. Plin.lib. xxxiiii.cap. v i i i. Signis quæ uocāt Corinthia, pleriq; in tantum capiuntur, ut secum circumferant. Paulò post autem ait, Minoribus simulachris signisq; innumera propè artificum multitudine nobilitata est.

Vasa autem pura dixit iureconsultus, atq; adeò ipse Ciceron, pro ijs uasis quæ cælata non sunt, neq; ullis ornamentis decora, quæ uulgus uocat a plain ouurage. B.

Vasa ἀνάγλυφα, grossement entaillerz, uocat ea Plinius lib. xxiiii.cap. xi. quæ rudia sunt, et in asperitate excisa ac cælata. Hoc est, nō leuia, et cælaturis in æqualibus eminentibusq; incisa: ab ἀνάγλυφῳ. Deinde uero ait Plinius, circa linearū picturas uasa anaglypha curiosius fieri solere. Quod intelligendum uidetur de ijs uasis, quæ per

per cōmissuras lineas aureas, uel argēteas habent, ut idem autor interpretatur. Rudia illa uasa uulgas uocat, fāictz a la grosse mode.

Quod supereft de calaturis, ex priori capite rcpetito: tantū enim hic ordinem obseruamus.

## V A S A   A R G E N T E A.

**V**A Sa argentea, uaiſſelle dargent, in uſu frequentiori erāt apud antiquos, quām aurea. Vilius enim argētum eſt auro, ut inquit Horatius. Fiebant autē multis modis. Quinetiam uasa argento circunclusa ab labris, dixit Iulius Cæſar v i. belli Gallici: Hæc, inquit, ſtudioſe acquifita, ab labris argento circuncludunt, atq; in ampliſſimis epulis pro poculis utuntur.

Scyphus argenteus, une couppe dargent. Plinius refert Lucium Crassum duos scyphos argēteos habuisse, Men= toris artificis manu cēlatos: cōfessusq; eſt nunquam ſe ijs uti propter uercūdiam auſum. erāt enim centum ſester= tiorum pondo: quē admodum eundem ſex nullibus ſester= tiū in ſingulas libras uasa empta habuisse refert idem Plinius. Sed de scyphis uberius in Vasis uinarijs et poto= rijs ac poculis dicemus. Cæterum primus Heliogabalus, ſi Lampridio credimus, cacabos argenteos, & mensas ac capsas argenteas priuato uſui habuit.

- Lanx argentea, plat dargent. Lances centenis libris argenti quingentas numero Romæ fuſſe conſtat ex Plinius, multosq; ob eas cōſcriptos dolo cōcupiſcētiū. De lan cibus autē dicemus ſuo loco, cū de eſcaris uasis agemus.

Solium argenteum, une cuue a ſoy lauer. Muliercs, inquit

inquit Plinius, in balneis solijs argenteis utebantur ad luxum, quæ admodum etiam scaphijs argenteis. quæ uasa erant ad lotium excipiendum dedicata: quibus etiam argenteis utuntur hodie uiri Galliarum primarij.

Repositorijs argentum addi sua memoria cœptum referre Fenestellam ait Plinius lib. x x x i i. cap. x i. Itaq; huiuscemodi repositoria argentata, non argentea uocabimus: nempe emblematis argenteis ornata & illigata, de quibus infrà dicemus. Quin etiam idem Plinius refert Caluum oratorem suo tempore queri, quod uasa etiam coquinaria ex argento fierent: ita enim loquitur. Cæterum pateram argenteam, & pocula argentea, & crateras argenteos, pro cælaturæ atq; operis forma dice= re possumus: quæ omnia uasorum genera suo ordine à nobis explicabuntur.

## V A S A    A E R E A.

**V**Asa ærea, siue ænea Plinio, & Vergilio ahena, uasi= scelle darain ou de cuyure. ab æris nobilitate & ex= cellentia nomen acceperunt. Adde quod ahena absolutè pro cacabis æris accipiuntur, in quibus aqua igni ad= mouetur ut calefiat. ung chauldron. Verg. Aut folijs un= dam tepidi despumat abeni. Horat. Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum. Aeris autem tres à Plinio spe= cies potissimum enumerantur: Corinthium, à quo uasa Corinthia apud Ciceronem quarta actione in Verrem. Deliacum, à quo uasa Deliaca apud Ciceronē pro Sex= tio: & Aegineticum. Sed omnium præstantissimum esse puto Corinthium. Nam æris notam pretiosiorem ipsa opu

opulentissimæ urbis fecit iniuria: quia incendio perustis plurimis statuis atq; simulachris, æris, auri, argentiq; ue=nae in communc fluxere. Fuit etiamnum antiquissima gloria æris Deliaci. Vnde Deliaca supellex à Cicerone dicta, mesnage darain, in qua erat triclinia, & lecti, cum pedibus & fulcris ex ære Deliaco factis. Vasa autem Co=rinthia Strabo in octauo, Χαλκία ματαὶ κορενθιουργῆς appellare uidetur. B. Plin.lib. x x x i i i .cap. i i. Sunt ergo uasa tantum Corinthia, quæ isti elegantiores nunc æs sculpēdo transferunt, modo in lucernas, modo in trullas, nullo munditiarū respectu. Quinetiam Cicero in Para=doxis matellionem Corinthium dixit, ære Corinthio fa=ctum. Itaq; ex Plinio lucernæ, lychni, & lampades ex ære fiebāt: sed non usqueadè puro, nisi propter luxum. nam qui lucernis Corinthijs utebantur, præter commu=nem utendi rationem faciebant. Aegineticum enim æs, ut idem inquit, lychnuchis, candelabris, & huiusmodi uasis ignobilioribus conflandis dedicabatur: de quibus suo or=dine dicemus. Fuit & æs Cyprium laudatissimum apud antiquos: unde fortassis nos cuprum uocamus pro ære Cyprio. Plin. Teritur Cyprio ære in Cyprijs mortarijs, mortiers de cuiure. Quinetiam Cyprium absolute pro cupro, quod uocamus, posuit Plinius libro 36. cap. 26.

Vas cupreum, pot de cuiure. Plin. lib. x x i i i .cap. i i i .Coquitur in cupreo vase ad crassitudinem mclis.

Labris quoq; ahenis utebantur antiqui in balneis, une tinne de cuiure: quibus nunc quoq; Germanicæ mulieres etiā utuntur ad abluendos quibuslibet octonis diebus infantulos suos: & nos quoq; æstiuo tēpore labris ahenis

fig

*frigida aqua oppletis, uinaria uasa reponimus dum cœ= natur. Verg.*

*Sicut aquæ tremulū labris ubi lumen abenit  
Sole repercussum, aut radiantis imaginelunæ.*

*Vasa conflatilia, uasseaulx de fonte.*

*Conflabantur enim uasa ærea delicatiora & sonora  
apud antiquos, quæ in theatris reponi solebant pro ra= tione magnitudinis theatri: eaq; ita fabricata erat, ut cum tangerentur, ab ipsa uoce sonitum faceret inter se diapa= son, diapente, ex ordine ad diatessaron. Vitruvius lib. v.  
cap. v. Itaq; uox à scena uti à centro profusa, se circun= agens, tactumq; feriens, per singulorum uasorum caua ex= citabat auctam claritatem, & cōcentu conuenientem sibi consonantiam. Nihil enim est in omnibus metallis, quod sono & harmoniæ ac uoci aptius sit, quam ipsius æris materia. Hinc est quod tubæ bellicæ, æreæ potissimum fa=ctæ suit, ut etiam Vergilius æs pro tubis ponat, - quo nō præstantior alter Aere ciere uiros. hoc est, tuba. Dicerem  
hoc loco quemadmodum æs pro pecunia apud antiquos sumi solebat, quoniam primum ærea pecunia fieret. Sed uereor ne illud esset aprosdionysum: quapropter satius est ad reliquas uasorum differentias transire.*

## V A S A   S T A N N E A.

*V*A Sa stannea, uasselle destain, antiquis in usu non fuisse reperio. Quinetiam nō ita pridem apud Italos commigravit hic uasorum usus, ut culinaria uasa, stan=nea fierent: neque uero adhuc hodie omnibus commu=nis est: ficiilibus enim & uitriis potius utuntur quidam.

Gallis

Gallis uero iampridem hic usus inoleuit: quo ex rei domesticæ & sumptibus parcitur.

De stanno autem tantum hoc refert Plinius, Stannum illitum æneis uasis, saporem gratiorem facere (quapropter uulgas quoq; nostrum ollas iuscularias, potz a souppe, stanno illinit) item ex compescere æruginis uirus. Vnde hydrias & uasa aquaria, si quidem ænea sint, stanno intus illinimus. mirumq; est, stannum æri illitum, pondus non augere. Fiebant quoq; apud antiquos specula ex stanno laudatissima, quæ Brundusij temperabantur, donec argenteis uti cœpere & ancillæ. Plinius libro xxiiii.

Stannum præterea Homerus uocat cassiteron Iliados v. i. Vnde cassiterina uasa eleganter dicere poterimus pro stanneis.

## V A S A P L V M B E A.

**P**Lumbi usus ad uasa infrequens fuit apud antiquos, ut etiam apud nos quoque, propter metalli pondus & utilitatem. Cæterum uasis plumbeis tantum utimur ad odores conseruandos & unguenta, atq; alia quævis liquida pretiosissima. Itaq; capre illius sylvestris excrementum usqueadè odoratum, quod moschum uocant pharmacopolæ, in pixidibus plumbeis reponere solent, & diu admodum incorruptum seruare.

Præterea regum corpora capsis & sarcophagis plumbeis uncta & aromatibus illiti, Galli humi recondere solent: sua enim densitate prohibet plumbum, ne odor interius effluat & dissipetur; ne'ue externus aër illabatur: que

*quæ ratio est cur corpora imputria diu seruatur. Sed nūc  
locus non est ut de plumbo plura dicamus : huius autem  
rei qui plura desiderabit, requirat apud Plinium lib. 34.  
ubi de argēto plumbato & replumbato loquitur: nempe  
dum plumbum ab eo auellitur, & argentum purum re=  
linquitur: præterea etiā de plumbatione uel potius plum  
batura, hoc est, quādo plumbo massa massæ iungitur, ita ut  
iunctura plumbæ cohæreat, quæ admodū fit & ferruminatio.*

## VASA LIGNEA.

**V**asa lignea, uasseaulx de bois, multis modis, ua=  
rijsq; lignorū materijs apud ueteres fiebant, quem=  
admodum nunc quoque fiunt. fuit enim fagi honos præ=  
cipuus in uasis, du fau, ou du hestre, propter eius lētorem  
plicabilem: fiebant' que ex fago pocula elegantiissima tor  
nata, & arte toreutica cælata. Vergilius, — pocula ponam  
Fagina, cælatum diuini opus Alcimedontis.

Cuiusmodi fortassis sunt ea pocula quæ ex æde D. Clau  
dio sacra adferuntur. Cæterum memini me legisse, M.  
Curium iurasse se ex præda nihil attulisse præter gut=  
tum faginum quo sacrificaret. Faginum præterea can=  
tharum describit Stroza pater: — hinc faginus illi Cætha  
rus effundit glocitanti pocula collo. Vergilius insuper  
buxum tornatile appellat, quod eo fiebant unguentariæ  
pyxides, & alia huiuscmodi toremata, quæ buxeæ uasa  
appellare possumus. Buxo etiam fiebant laudatiissimæ  
tibiæ. Seneca, Tibi multifora tibia buxo solenne canit.  
Betula item, bouleau, arbor est eximij candoris, qua fiunt  
circuli uasis uinarijs idonei. Vtilis etiam est conficiendis

B

cistis & sportellis, flexibili crate. eius ligno nostra etas  
uarij generis & usus quoque uasa conficere solet:  
que (si quidem nobis liceat noua effingere uocabula)  
uasa betulina appellabimus, uasseaulx de bois blanc.

Vasa quoque hederacea antiquis in honore ma-  
ximo fuerunt, ea potissimum ratione, qua Plinius ait in  
uase hederacco uinum transfundi, aquam remanere, si  
forte commixta sit. Cuiusmodi fuit uas illud quod Home-  
rus Cißimbium appellat (Græci enim κισσόν hederā uo-  
cant) datumq; fuisse Cyclopi ab Ulysse scribit. Huius po-  
culi Euripides & Callimachus apud Macrobius memi-  
ncrunt. Fiebant etiamnum ex terebintho calices excel-  
lentissimi, qui à nomine autoris θηρίκλοι appellabantur:  
quemadmodum Antigonides & Seleucides, quibus Anti-  
gonus Seleucusq; nomina indiderunt. Plinius, Celebratur  
& Thericles nomine, calices ex terebintho solitus face-  
re torno. B.

## V A S A   V I T R E A.

**V**itreorum uasorum usus, quæ Græci βάλμα uocant,  
haud ita pridem inuentus est. Vitrū autem quando  
primum inuentum, & quomodo conflatum, Plinius re-  
censet lib. xxxiiii. cap. xxiiii. Neque uero alienū fu-  
erit uasa potoria, quæ ex uitro fiunt, unā cum uulgo ui-  
tra appellare: quemadmodum Martialis uasa crystallina,  
crystalla appellat. Itaque si quidem uitrea uasorum ma-  
teries ex filice conflata fuerit, uitra filicea siue filicina  
appellabimus. Si uero lapidibus ustis, ut fecrè fit, uitra  
erunt lapidea, atque in hoc communem loquendi usum  
non

*non aspernabimur.*

*Vasa uitreia excellentissima laudantur hodie ex Mu= rano oppido Venetijs proximo, in ipso Adriatico mari.*

*Calices uitrei, uasa erant potoria, quemadmodū etiā nobis, quorum formam imitantur sacrosancti illi calices, quibus nostri seniores in sacrificijs diuinis utuntur. uul= gus uocat ung calice. Quod autem calicibus biberent antiqui, id ostendit locus Horatij, Fœcundi calices, quem non fecere disertum? Cæterum calices uitrei à Græcis uerbum è uerbo κάλικες ὑάλινοι dicuntur, autore Iulio Pol luce. Erat & Nimbus uitreus: cuius mentio multa apud Martiadem. B.*

## VASA CRYSTALLINA.

*C*rystallum fieri aiunt gelu uehementiore concreto, *C*argumento esse non aliubi reperiri, quām ubi hyber næ niues maxime rigent, glaciemq; esse, unde nomē Græ ci dederunt.

*Ex crystallo autem uas amphorale uisum est, autore Xenocrate.*

*A syntheta Plinius autor est uocari uasa crystallina pura, sine ulla macula ex uitio: uitia enim artifices cæla tura occultant. Iuuuen. Grandia ponuntur crystallina. De poculis intelligit, quæ ex crystallo fieri solebāt. Mar= tialis in III.*

*Opimianum morionibus nectar  
Crystallinis' que, murrhinis' que propinat.*

*Idem in decimo, crystalla pro crystallinis uasis dixit. Plu= ra qui uoleat, requirat ex Flinio.*

## VASA MVRHINA.

**M**urrahina pocula antiquis laudatissima fuerunt, quemadmodum crystallia: refert que ea Plinius ex Oriente muti: inueniuntur enim ibi in pluribus locis, nec insignioribus Parthici regni, præcipue tamen in Carmania: amplitudine nusquam paruos excedunt abacos, crassitudine rara, quanta uasi potorio esse debet. Humorem putant sub terra calore densari. Quod autem in murrhinis magis laudatur, est ipsa colorum uarietas, subinde circumagentibus se maculis purpureis, rubescientibus, & lacteis, quas maculas uidere est in illo pisce qui murrhena dicitur: unde murrahina uasa dicta crediderim. B.

Murrahina uasa ætas nostra nō nouit: tantum hoc memory, me uidisse Venetijs quædam uascula que ex Oriëte adferri solere audiebamus: aiebāt que nescio quot annos in peniti oribus terræ locis asseruari solere priusquam exeratur, donec pelluceant: atque ob id uenenu nūnquam admittere: uulgas porcellanam uocat. ob id fortassis, quod ex eo puluere, quem Plinius Puteolanum uocat, qui que in aqua indurescit ac lapidescit, efficta erant, ut dicatur quasi Puteolana ab Italìs. Sed nihil huius rei compertum est nobis præter diuinationem. Murrhinū autē quid sit, nescio an recte conijcere poterimus eū esse lapidem pretiosum, quem uulgas uasculariorū uocat aquā marinam: accedit enim ad descriptionem Plinij, quam de murrhino conscripsit. Cæterum illud tantum addam, uasa murrhina apud antiquos summo in pretio fuisse. hinc ait Tranquillus, Augustum ex Alexandria capta nihil sibi

*sibi præter unū murrhinum calicem ex instrumēto regio  
retinuisse. De his autem uideto Plinium.*

## VASA LAPIDEA.

**F**iebant & apud antiquos uasa lapidea in multos usus, & ex delicatissimis potissimum lapidibus, ac marmoribus pretiosis: qualia erant que ex onyche marmore Arabiae pretiosissimo fiebant: ut uasa potoria apud Germanos primum onychina facta refert Plinius: deinde pedes lectorum & sellas ex eodem marmore coeptas fieri dicit. Cornelius Nepos tradit magno fuisse miraculo, cum P. Lentulus Spinter amphoras ex onychino marmore, & urceos onychinos magnitudine cadorum ostendisset. Est & præter hunc alter quoque pretiosus onyx, quem cornalinā uocat uulcus. Vide Pliniū. Dictus onyx quod formam unguis humani habere uideatur.

**Q**uintiā labra ex Porphyritide ab antiquis fieri solebant antiqua illa monumenta, quae adhuc hodie Romæ uisuntur, præsertim circa ædem D. Ioannis in Laterano. sunt' que eius propemodum formæ ac coloris, cuius est uas illud marmoratum quod hodie in Dionysiana uisitur: cupam Diocletiani uulcus appellat. Ego uero labrum antiquum fuisse existimauerim. Erat autem labrum, uas balnearium, quemadmodum & solium. Cic. Terentiae, Labrum si in balneo non est, fac ut sit. une tinne. Inde labellum, une tinnette. Plin. Cinerem' que in labellis, aqua addita confricant manu, & consider patiuntur. Labra quoque uinaria, lupinaria, & olearia Catoni in quibus lupini conduntur, & in quæ uina è lacu, oleū

B 3 è cor-

*è cortina transferuntur. Fiunt quoque apud nos mortaria lapidea, in quibus uaria aromata contundimus.*

Hunc præterea, inquit Plinius, alabastrum lapidem uocant, qui excauatur ad uasa unguentaria, quoniam optimè ea incorrupta seruare dicitur, de lalbastre. Itaque uasa alabastrina dicemus ea, quæ ex alabastrite lapide fiunt, uasseaulx dalbastre: qualia uidimus torno eleganter fieri Florentiæ, ad antiquum morem excavata & efformata. Αλάβαστρον autem Pollux uas unguentariū appellat, quod à nobis alabastrum siue alabaster dici poterit: cuius uasis fit mentio in Euangeliō de Magdalene, quæ effudit alabastrum unguenti nardi pistici pretiosi. Alabastrum quoque Thebaidis regionis oppidū, in quo plurimus lapis topazium reperiebatur, Plinius fuisse refert lib. xxxvii. cap. viii.

## VASA FICTILIA.

**V**asa fictilia, omnium uiliissima habebantur, fiebantq; ex argilla potissimum, aut alio quoquis luto præpingui, potz de terre: quorum vasorum efformatores & effectores à fingendo figuli appellati sunt, potiers de terre. Hinc Ausonius de Agathocle, -rex ego qui sum Sicaniae, figulo sum genitore satus.

Dē quo etiam illud à Iuuenale refertur, eundem regem fictilibus in mensa uasis usum fuisse:

Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem.

Fictilia autem erant potissimum uasa aquaria, ut urcei, hydriæ: præterea etiam culinaria quædam, ut olla, lancæ, catini, & alia huiuscemodi: de quibus tempus est, ut scorsim

Seorsim dicamus, si prius illud explicauerimus, uasorum fictiliūm præstantiora habcri solere Samia & Aretina: hoc est, quæ in Samo insula & Aretio urbe Campaniæ fiebant. Plaut. in Capt. Ad rem diuinam, quibus est opus, uasis Samijs utitur: quemadmodum uulgas Italorum Maiorica uasa appellat, quæ in altera ex insulis Balearibus fiunt, quam uulgas Maioricā appellare solet. Itidē & nos eadem ratione uasa Bellouaca dicemus, potz de beauuais.

DE ALIIS VASORVM DIFFERENTIJS,  
quæ ex eorū usu sumi solēt, itēq; de uarijs eorūdē nominib;.

ExPLICATIS UASORŪ DIFFERENTIJS generalioribus, & quū est ut ad ipsas species descendamus, que & eorum nomina, & utilitates ipsas cōplete tūntur. Itaque primum de escarijs uasis dicendum: deinde uero de potorijs, uinarijs, aquarijs, niuarijs, & huiuscmodi omnibus agemus suo ordine.

### VASA ESCARIA.

VASA escaria, in quibus escae, hoc est, edulia & mensæ reponebantur, aut deferebātur ip̄sis coniuis: quorū nomina seorsim à nobis recensenda sunt.

Vasa promulgidiaria dicebātur ea quibus promulgādem apponebāt. Est autē promulgā, quod uice mulgi (uulgas uocat, du clarè) dabatur coniuiis ad prouocandam auditatem cibi. entrée de table. Huiusmodi fortassis erant artolagani, gasteaulx fueilletez, oleæ, des oliues,

B & & lu

*& lucanica, des faulcisses. Cicero Papyrio Pæto, Neque est quòd in promulside spei ponas aliquid, quam totam sustuli: solebam enim antea delectari oleis, & lucanicis tuis.* B.

Lanx, ung plat, uarie formæ erat: quemadmodum apud nos quoque esse solet. Lances enim aliæ lateæ (unde platum à latitudine uulgas appellauit) aliæ cauæ. Mart. Et leues scutulas, cauæ que lances. Aliæ item maximæ, mediæ, & minimæ, ut inquit iurecons. præterea erant aliæ quadratae, ut apud eūdē iurecons. aliæ rotundæ. Horat. Vmber, & ligna nutritus lance, rotundas Curuet aper lances, carnem uitantis inertem. Itaque lanx à latitudine dicta est, apta quidem dapibus & escis reponendis. unde Iuuenalis, Aspice quam magno distendat pectore lance. B.

(Ea etiamnum utebantur in sacrificijs deorum, in quibus exta animalium sacrificatorum reponebantur. Vergilius i i. Georg.

Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.)  
Lances chrysendetas uocare uidetur Martialis in i i.  
Immodici tibi flaua tegunt chrysendeta nulli.  
Hoc est, lances aureis crustis illigatæ & exornatæ, de quibus suprà diximus. Lances autem r̄es nivæs uocat Gracci, atque adeò Athenæus & Pollux. B.

Catinus lance profundior erat, & à capiendo dictus, ung plat creux: Itali adhuc uocant cadin. Catinis autem utebantur Romani ad pullos reponendos, & alia obsoenia, ut hodie platis utimur.

Horatius primo Serm.

Aut

*Aut positum ante mea, quia pullum in parte catini  
Sustulit esuriens, minus hoc iucundus amicus.*

*Pisces quoque catinis reponebant. Idem i i. Serm.*

*Angusto que uagos pisces urgere catino. Qui pisces ob=  
sonij nomine ueniunt: id enim Græci διόνυσον uocant, ut  
colligere est ex xx i. cap. Euang. D. Ioannis. διόν enim  
Græci uocabant, quicquid piscium assabatur super car=  
bones: inde obsonator, qui pisces assandos emit. Catino  
autem fictili utebantur pauperiores. Horat. i. Serm.*

*-afisto diuinis, inde domum me*

*Ad porri & ciceris referto, lagani que catinum.*

*Quo loco inter Campanam supellectilem annumerare  
uidetur.*

*A` Catino diminutuum catillum. Idem eodem loco,  
-mensa ue catillum*

*Euandri manibus tritum deiecit. B.*

*Fenestella, ut inquit Plinius, tympana se iuuene dicit ap=  
pellata patinas & lances, quas antiqui magidas appellauerant. μάχας autem Græcum uocabulum est, quo si=*  
*gnificantur mensæ, quæ apponuntur & remouentur,  
autore Iulio Polluce. B.*

*Ferculum, uas ad ferendum obsonium uel pulmentarium.*

*Patina utebantur antiqui ad coquendos pisces, & cæ  
tera id genus. Plin. lib. xxi i. de fece sapæ, Decoquitur,  
inquit, in patinis cū sale & adipe, ad tumorem quoque  
maxillarum & ceruicum: tum etiam ferculi uice. Et, nisi  
me fallit opinio, eadem patina utebantur & ad coquendū  
& ad ferendū obsoniū, clixū præsertim. Hortat. ii. Serm.  
Affertur squillas inter muræna natantes.*

*In patina porrecta.*

*A patina quoque tripatinum dictum. de quo uideto Bayfium diligenter, ubi loca aliquot Plini⁹ restituta anim aduertes.*

*Patella quoque uas escariū, ad olera & pulmenta respondenda. Horatius in epistola ad Torquatum lib. i.  
Nec modica cœnare times olus omne patella.*

*Iuuenalis in quinta,*

*Ponitur exigua feralis cœna patella.*

*Quibus uerbis palam est, patellā pro parua patina sumi,  
quaē ab istis tum modica, tū exigua dicitur. Iulius Pollux  
λεκάνη uocat: Patellas enim uocat Græci λεκάνας: sicut  
etiam κύκλαι apud illos dicuntur, quos nūc orbes & quadras  
dicimus, des taillouers, des assiettes. Bayfius.*

*Paropsis, quemadmodum patina, tum pro uase eschario, tum etiam pro uili obsonio & iure, & etiam maza apud Pollucem & Athenæum ponitur. Iuuenalis,*

*Quām multa magnaq; paropside cœnat.  
Erant autem argenteæ paropsideæ & fictiles.*

*Martialis in II.*

*Cui portat gaudens ancilla paropside rubra*

*Alecem: sed quam protinus illa uoret.*

*Vide diligenter Bayfium.*

*Discus pro uase eschario, Apuleio sumitur: Cœnarum reliquijs discus ornatus. Nisi malumus cum Pollice pro orbibus sumi, quos ille κύκλες ἀγρυπούς, orbes agēteos ἡ χειρ  
ματα ἀγρυπά, ἡ πίνακες uocat in sexto. Erat itē discus massa plūbea, ad formā orbicula rem facta, quā pugiles & pælestritæ siue athletæ in ludis gymnicis iaculabantur in sublime*

*sublime. Ouid. 10. Metamorph.*

*Splendescunt, lati' que ineunt certamina disci.*

*Scutula, une escuelle, lance minor erat : quapropter  
inquit Martialis, Et leues scutulas, cauasq; lances. æisoæ  
φόρον item Græci uocant uas in quo prandium defertur:  
quemadmodum δινοφόρον, amphoram.*

*Gabatae præterea erant uasa alia escaria et pulmen=*  
*taria. Martialis,*

*Transcurrunt gabatae, uolantq; lances. Idem,  
Sic implet gabatas, paropsidesq;.*

## VASA POTORIA ET POCULA.

*V*asa potoria et pocula dicuntur, in quibus bibimus:  
que uarias formas uaria' que nomina acceperunt.  
Fiebant autem argentea, aurea, crystallina, et ligneæ,  
ut prius diximus. Cic. in Verrem, act. vi. In his pocula  
duo, quedam qua Heraclea nominatur, Mentoris manus  
summo artificio facta. Poculum interdum pro ipsa po=  
tione sumitur. Verg.

Pocula si quando sœuæ infecere nouerçæ.

A poculo fit pocillū, pro paruo potorio uase. Plautus,  
Tecum unà postea, tecum aquæ pocilla potiret.

Pocula clavis aureis suffixa Homero dicuntur, que  
uulgas pocula martellata uocat. Quemadmodum refert  
Plinius Agnonen Teum Alexandri Magni præfectum  
aureis clavis suffigere crepidas solitum fuisse. De clavis  
autem uideto in libello De re uestiaria. Aureos autem  
clavos Athenæus χρυσοὺς ἥλις uocat.

Scyphū

Scyphum, quem scypphum nonnulli scribunt, uel cyphum, Græci σκύφος dicunt, & σκύπφος, ut docet Athenæus in x i. une couppe. Est autem uasculum potiorum, ut cuique notum est. Inter scyphos laudantur in primis Bœotij: quibus Hercules primum in expeditionibus usus est: deinde Rhodiaci, sequentibus Syracusij. Vergilius,

Et sacer impleuit dextrā scyphus. Scypho enim ueteres in conuiujs & sacrificijs utebantur.

Cyathis antiquos potus sui mensuram metiri solitos etiam inter epulas, ex eo coniūcio, quod serui quidam ad cyathos stare uel esse dicebantur, ut serui ad limuna & pedes: hoc est, qui foribus præerant & pedibus excalcian dis, dum cœnaturi essent domini. Hinc Cicero, Seruum meum à pedibus tibi misi. Quod autem cœnaturi uel discubituri soleas deponerent, ostendit locus Martialis,  
Deposui soleas, affertur protinus ingens

Inter lactucas, oxigarum que liber. Cæterum seruos à cyathis Græci διοχός dicunt: unde cyathus à quibusdam uocatur διοχός, quod uocabulum ab hauriendo & fundendo uinum, deductum est. Hoc autem munere qui fungebantur, dicebantur κυαθίσης, hoc est, cyathisfarc: quo uerbo utitur Plautus in Menæmuis, Non scis quis ego sim, qui tibi sapiissime cyathisso: hoc est, cyatho uinum bibendum admetior: quod Athenæus dicit κύαθω διοχέη. Appellabantur que hi pincernæ, nō omnino in epto uocabulo, nēpe quod à Græcis deductū furtassis putabitur: ut eū significet cui conuiuæ identidē dicūt πίνεις κύρια: id est, miscere uinum, uel tempera uinum ut bibam.

Quod

**Q**uod munus apud antiquos nobilissimi iuuenes in publicis ac sacris conuiuijs obire solebant : quemadmodum Ganymedem in deorū conuiuijs fabulæ fecisse referunt: unde & deorū pincerna appellatus. Qui mos hodie quoque apud Italos, & nobiliores quosdā Gallos obseruari solet, ut iuuenes quidam, aulicis dum ministrant potum, aperto capite, altera manu cyathū, altera phyalam aquariam tenentes, tantum aquæ uino misceant, quantū à ciuiua expostulatur. Sed hæc omnia ex Budæo decerpta in libris de Assc: suus enim est unicuique honos tribuendus.

Patera, une tasse, ab etymo dicta, quòd ampla sit & pateat: fiebat autem ut plurimum aurea uel argétea, aut nobiliarioris atque excellētioris alicuius metalli: erat enim principum ac regum poculum. Vergilius,  
Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido.

Calix, ung calice, aliud poculi genus, quod interdum uitreum, interdū murrhinū fieri solebat. Martialis lib. 4.

Prodat perſpicuus, ne duo uina calix.

Illud porrò sciendum est, calicem à probatiſſimis auroribus poni non solum pro uase, sed pro ea tantum uasis parte, quæ humoris capax est. Quinetiam Plinius roſæ calicem dixit, eam partem quæ roſæ luteos apices in ſe recipiat & contineat. uide Bayfum diligenter. Calices etiā fictiles erāt tum ad bibēdū apti, tū etiā ad legumina reponēda. Ad bibēdum autē calices fictiles factos fuſſe refert Plutarchus in libello de cohēda iracūdia: D. Claudiū Cæſarem conuiuæ, qui pridie ſcyphum aureum ſurripuiſſe existimabatur, reuocato in diem posterum, calicem fictilem appoſuiſſe. Ad legumina uero reponenda

Oui

Ouidius lib. v. Fastorum,  
Stat calices, minor inde fabas, olus alter habebat.

Modiolus, uas paruum, factum ad modij similitudinem: cuiusmodi ferè sunt ea quæ gobelets dicimus. Et Venetijs Latini uocabuli uestigia uulgo retinet: uocant enim mozol, quasi modiol, propter affinitatē d, cum z.B.

Amphithetum, poculi genus, ita factum, ut quauis ex parte positum staret, nullumq; certum haberet fundum. Hinc proverbiū in eum qui liberius & merarius potaret, Ex amphitheto bibisti.

Carchesium, uas potorium uel poculum, quo utebantur in sacrificijs: factum ad formam cuiusdam nauis quam Macrobius ait tantummodo Græcis notam fuisse. Vergilius -cape Maonij Carchesia Bacchi, Oceano libemus, ait.

Sympullū, uas fictile, quo in sacris prolibabant sacrificuli. Plin.lib. x x x v. ubi de plastice, In sacris quidem etiam inter has opes, non murrhinis crystallinis' ue, sed fictilibus prolibatur sympullis. Bayfius.

Capedines & fictiles urnulas, pro sympullis posuit Cicero in Paradoxis: & in tertio de Natura Deorū capedunculas appellat, quibus Numa Pompilius primus in sacris usus est. B. Capidulam autē M. Cato, uel Capim, genus poculi esse indicare uidetur, quod ansatum erat, ut manu capi posset: unde nomen deductum puto.

Cululli, calices erant fictiles, quibus Pontifices uirginesq; Vestales in sacris utebantur, Horatius lib. i. Carm. -diues & aurcis

Mercator exiccat culullis Vina. Idem in Arte,

Reges

*Reges dicuntur multis urgere cululis.*

*Calathus sumitur quandoq; pro poculo uel calice, quo  
in sacrificijs ueteres utebantur. Vergilius,  
Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar. Mart. ix.  
Expendit ueteres calathos, & si qua fuerunt*

*Pocula, Mentorea nobilitata manu.*

*Cypellum à Græcis dicitur poculū ad interna procli-  
natū. uocatur & amphicypellū, uelut undiq; introflexū.*

*Cymbium, poculum in modum cymbæ, hoc est, nauiculæ factum, cuiusmodi sunt thuris repositoria in nostris  
sacris. Fiebant autem interdum cymbæ pretiosissima ex  
chrysoprasio lapide uiridanti. Plinius lib. x x x v i i.  
cap. v i i. Præfertur his chrysoprasius porri succum &  
ipsa referente. Sed hæc paulum declinans à topasio in au-  
rum. Huic & amplitudo ea est, ut cymbæ etiam ex ea  
fiant: cylindri quidem celerrime. Quo ex loco, nescio an  
diuinare possumus, cylindros pocula etiam fuisse pretiosa  
ex huiusmodi lapidibus facta: sed nihil temere. Est &  
cymbium lactis quoq; poculum. Vergilius,  
Inferimus tepido spumantia cymbia lacte.*

*Guttus, poculum erat quo in sacrificijs utebantur,  
quando guttatum liquorem aliquem inspergere uolebant,  
quemadmodum uasa illa esse solent in quibus acetum re-  
condimus, que angusti sunt admodum oris. Plinius lib.  
x v i. cap. x x x v i i. Marcus Curius iurauit se ex  
præda nihil attigisse, præter guttum faginum quo sacri-  
ficaret. Gel.lib. x v i i. Guttum Samium imprudens,  
inanem, tanquam si esset oleum, affrct.*

*Cantharus, proprium Liberi patris poculum: erat  
autem*

autem ansatum, ut coniūcimus ex Vergilio, qualis esse sollet lagena. De Sileno,

Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.

Cantharus autem nomen esse nauigij ostendit Macrobius ex Menandri testimonio, ad cuius formam poculum: Bacchi factum erat, nomenque inde acceperat.

Culigna Catoni uas potorium, quo messores utebatur, atque in fœnogræco reponebatur, ut bene oleret. In eo autem tantum uinum reponebatur.

Crater, crateris, ung hanap. Vergilius,  
Crateras magnos statuunt, et uina coronant. Idem,  
Crateras que duos statuam tibi pinguis oliui.

Pro cratero psysterē posuisse uidetur Plutarchus in uita Alexandri, de Glauco medico: Quē (inquit) Alexander in theatro absentem nactus caprum prandit assatum, et ingentem uini psysterem hausit. Nisi pro maiore et ampliore uase sumi uideatur.

Lagen, une bouteille, uas fictile, quo ceu potorio utuntur qui per aestatem atque ardores maximos in agris negotiantur. Ea forma, inquit Budaeus, qua hydriæ fictiles hodie à Bellouacis importantur, cruches de beauuays. A tereti enim collo distenta uentris laxitas, iterū sensim ad imum gracilescit. Martialis,  
Nulla catheratis pila est præcincta lagenis.

## VASA VINARIA.

**V**Asa uinaria, in quibus uinum ad nostros usus respondere solemus. Quo in loco etiam de illis uasis uinarijs tractabimus, quæ mensuram certam continere solent.

lent. Inter quæ etiamnum annumeranda nūhi uidentur ea, quæ à Columella lib. x i i. cap. x i x. uasa defrutaria appellantur: nempe ea in quibus defrutum uel sapam, hoc est, uinum consumptum & decoctum ad tertias partes infundimus: uel etiam uasa defruito confiendo utilia & accommoda.

Cadus, ung caque, amphoras duas & besscm capit: hoc est, duodenos congios Parrhisinos. Fuit autem cadi forma apud antiquos turbinaria, ex Plinio: id est, cono & strobylo, & nuci pineæ similis. Ouidius. v. Fast.

Promit fumoso condita uina cado. Vergilius,  
Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes.

Cadis etiam utebantur antiqui ad salsa menta condienda.

Cirnea, uas uinarium, quo uinum è cadis detrahebatur: uulgus Italorum simile quiddam uocat, ung boucal. Plautus Amphit. Cadus erat uini, inde impleui cirneam.

Congius quartarios quaternos continet: Græci choa dicunt. Sextarium lingua nostra uernacula, nulla ratione uocauit, ung festier de uin.

Vrna, hemiamphorion seu semiamphora quoque dicitur: quadraginta enim urnæ, uiginti amphoras ualent ex supputatione Columellæ. Sedecim autem urnæ, modium nostrum faciunt: id est, quatuor & uiginti brochos.

Brochus uero, à uerbo Græco βρέχω dicitur, quod fundo significat: est autem uas fundendo uino accommodatum implendis, deplendisq; culeis, & uasis conditorijs, & uino quoconq; modo trāsuasando. Græci œnophorū ex eo appellant, quòd uino cōportando aptum sit. Iuue. Tandem illa uenit rubicundula, totum

Oenophorum sitiens, plena quod tenditur urna.  
Sed ut ad urnam redeamus, ueteres inuenio urnis non so= lum ad uinum & aquam usos, sed etiam ad mortuorum & concrematorum cineres reponendos, cuiusmodi anti= qua monimenta paſſim in Italia reperias. Vrnis etiam ad suffragia utebantur. Vergilius,

Quæſitor Minos urnam mouet.

Vrnæ quoque prætoriæ meminit Iuuenal is sat. x 111.

Vrnas præterea olearias fictiles Cato ponit.

Amphora, uinarium & aquarium uas. Quòd autem etiā aquarium eſſet, ostendit locus Horatij in Arte poëtica: —amphora cœpit

Inſtitui, currente rota cur urceus exit?

Quòd uero magis uinarium fuerit, ex hoc liquet quod de Bonoso imperatore dicitur, qui cum ſe ſuſpendiſſet, dictum eſt, non imperatorem, ſed amphoram pendere: uino enim plus ſatis indulgebat. Martialis,

Amphora non meruit tam pretiosa mori.

Amphoræ forma tefſeraria fuit, & in ceruicem gracileſcens. ex Catone. Singulæ autem amphoræ decem & octo quartariōs nostros capiunt: hoc eſt, ſextarios Romanos duodequadraginta. Romæ præterea in angiportis, & angulis uicorum, amphoras fictiles collocatas fuifſe memoriae proditum eſt, in quibus ueficæ commeantiū, ut inquit Suetonius, exonerarentur. Hinc Caſſ Titij orationis dictum in oratione pro lege Faſinia, Dum meiunt, inquit, nulla eſt in angiportu amphora, quam non implicant, quippe qui ueficam uini plenam habeant.

Dolia, inquit Nonius, uasa ſunt grādia, quibus uinum recon

recōditur. Cato, Vinum in dolis hoc modō uenire oportet. Varro de re rust. Contrudatur in dolia plena uinae ceorum. hoc est, acinorum & seminum, quae in uarum granis continentur. Ita enim appellat Cicero in lib. de Senect. Porro hoc genus uasis prius ab antiquis calpar dictum, Varro in Nonio afferit. Sesquiculeare dolium, Columella triginta amphorarum dolium appellat. Ven trosa autem dolia eodem autore fuerūt. Quinetiam olearia dolia fuisse affirmat lib. v i. quorum magnitudinem culeare fuisse dicit. Cato de re rust. Eos cōculatos in dolia picata indito. Dolia picata appellat, pice illita, poissez.

Linter, genus dolij rusticani. Tibull. lib. i.

Aut mihi seruabit plenis in lintribus uas.

Est etiam lignum cauatum instar nauiculae. Vnde & pro naui accipi solet.

Cupa, une cuue, maius uas ligneum ad uinum condidum, ea forma inquit Budaeus, qua lacus torcularis. Plin. lib. x x i i i. cap. i i. Ergo uini feci tanta uis est, ut descēdentes in cupas enecet. Lucan. i i i i.

Nanq; ratem uacuae sustentant undiq; cupæ.

Cupis enim naues fulciebant dum refarcirentur.

Cupis etiam ueteres usos ad bibendum uinum, refert Nonius ex Nævio, quæadmodum cyathis: atq; à caupo nibus dictas refert, qui his cupis pro poculis utebantur. Nævius, Duas cupas mero plenas exhausit. Fortassis erat eius formæ, cuius sunt uasa illa argentea uel stannea, quæ gobeleta uulgas uocat.

Quadrantal, inquit Festus, antiqui uocabant amphoram, quod uas pedis quadrati, octo & quadraginta sex-

C 2 tarios

tarios capit. Plautus, Sicit hec anus. p A. quantillum sitit? p H. modica est, capit Quadrantal.

Cybium à Græcis dictum, ex Budæo, uas illud, quod prisci Latini quadrantal appellabant. Dictum cybium, quia eius medium æquè patet in omnes partes: quod genus à geometris cybos dicitur.

Modius, ung my, Gallicum uocabulum est, et aridorum et liquidorum mensuræ, non modo priscum, sed uarium, pro locorum uarietate nomen obtinens. Modij autem nostri mensura x x x v i. congios nostros capit, quos uulgas sextarios nulla ratione appellat.

Medimnus, ternos modios Romanos continet: mimnam uulga uocat per syncopen, une mimne.

Modius autē Romanus nō dispar erat ei mēsuræ, quam hœotii uocamus, ung boesseau. Chœnix uero semodius dicebatur, ung demy boesseau, ut illud obiter dictū sit. Bud.

Culeus, une pippe, modios nostros duos et semis capiebat: id est, sexaginta Romanos. continebat autem amphoras uicinas: hoc est, urnas quadragenas. Magnū autē uas ex eo fuisse apparent, quod in culeo scorteo dānati legē Pompeia, cum cane, et gallo, et uipera insuebat.

Culeos autem nunc sesquimodiales habemus, id est, duodecim amphorarum: cuius uocabulum uulgare ad Latinum alludit, Quo genere Ligeris fluuij accolé utūtur. Est et aliud genus culci maioris captus, quos tonnellos appellamus uulgò. Budæus lib. v. de Asse. Columella lib. i i i. cap. i i i. Seneca uir excellentis ingenij atq; doctrinæ, cuius in prædijs uinearū iugera singula culeos octonos reddidisse plerunq; compertum est.

Mirum

Mirum autem est Gallos nostros, quālēm h̄e s usque adeò  
fuiſſe in hisce uasorum, & mensurarū nominibus, ut etiā  
integra uocabula retinuerint: quemadmodum in sequen=   
tibus dicemus, primum à minoribus uasis incipientes.

Hēixestes, demy ſextier, minima mensura, ac minimū  
uas uinarium à nobis dicitur: quod uocabulum merè &  
integre Gr̄cum eſt: significat enim dimidiatum xestem.  
xestes autem eſt hemina.

Chopina, une chopine, à Gr̄co χέπινη, quòd in ea  
tantum funditur uel hauritur uini, quantum homo ſiti=   
bundus uno haſtu abſumere poſſit. Lugdunenses fillet=   
tam appellāt, quaſi fideliā, quæ duplex pintam cōtinet.

Pinta, une pinte, à Gr̄cis deducta: illi enim pintynam  
appellant uas quoddam uinarium: deinde ex pintyna per  
syncopen fit pitna: nos autem tranſpoſitione literarum  
pintam diximus, à πίνω, bibo: undc aliud quoque uocabu=   
lum deductū habemus, ung pion, pro potore et helluone.

Quartarium, une quarte, apud Catonē eſt cōgij ſexta  
pars. Nos uero brochum appellamus ſequisextariū Par=   
rhisinū, quaſi mēſura dimidio maior eſt urna: id eſt, hemio=   
la eſt urna brochi. Itaq; quartariū dicimus, nō quartā par=   
tem alicuius maioris mēſuræ, ut Latini uocauerunt, ſed  
uas quod quatuor mēſuras caperet, id eſt, quaternas cheo=   
pinas. Sic tertiarium, quod tres, ung pot de trois chopi=   
nes. Semifem autē uocat Lugdunēſes, quaſi quartā uoca=   
mus, une cymēſe. Sed hæc omnia ex Bud. ne quis fallatur.

Fidelia, inquit Nonius, uas Samium ad plurimos uifus:  
nos autem pro uafe uinario utimur, quod lingua noſtra  
corrupto uocabulo, uocat une fillette, præſcritim apud

Trecenses: nam Lugdunenses pro cheopina accipiunt.  
 Fideliarum autē Trecensium forma est lignea, quemadmodum cadisci. Flautus Aulul. Sed si reperero ô Fides,  
 Multsi cōgiale plenam faciam tibi fidelia. Eodem modo  
 quo Plinius cōgiarium cadum dixit. Fideliæ autem anti=quorum qua forma fuerint, legisse me non memini: sed  
 fūctiles & uitreas apud Columellam legimus.

Orca, uas Hispānicum Varroni, factum ad similitudinem marinæ belluæ, quæ à Festo orca dicitur. Persius,  
 angustæ collo non fallier orcæ. Fuit autem orca, ut  
 ego quidem cōiectare possum, uas uinarium, oleariū, sal= samentarium, & salgamarium. Quinetiam Festus uocat  
 orcas sicarias teretes, atq; uniformi specie: quarum ratio  
 non sua mensura, sed sua forma constat. Orcis adhuc ho die salsamentarij negotiatores utuntur.

Diota, uas fūctile, utrinque ansatum, aptissimum scrūando uino. Horat. lib. i. Carm. — atq; benignus  
 Deprome quadrinum Sabina  
 O Thaliarche merum diota.

Quibus uersibus adducor ut credam, diotam Sabinis in  
 usu fuisse ad uirum asseruandum in multos annos: quē= admodum hodie in Hispānia fierisolet. Ad quod murus  
 propria etiam dolia picata habent.

Ciborium, uas uinarium ad similitudinē foliorum co= locasie incuruatum, & lœue factum atq; expolitum.

Horatius i i. Carminum,

Obluioso lœuia Maſſico Ciboria exple.

Seria quoq; formam certam uasis denotat, non certam  
 inmensurā. Vas erat uariæ capacitatis, ad multos usus ac= commo

commodatum. puto tamen oblongum fuisse, ex Columella multis in locis. Ac si nobis coniectari licet, et aliquid dividuando consequi, ego putarim oblongas et fictiles serias fuisse, ceu urnas quasdam, in quibus aquam asservabant, donec pacatior fuisse: qui mos hodie quoque Romae perdurat. Lixius. Et in uico Istrico fontem sub terra tanta ui aquarum fixisse, ut serias doliaque, quae in eo loco erant, prouoluta uelut impetus torrentis tulerit. Teretius, Serias omnes releui. Inde seriola. Persius 111. Seriola ueteris metuens deradere limum.

## V A S A   A Q V A R I A.

**I**NTER uasa aquaria non solum annumerabimus ea, quae frigidam continere solent, et in quibus aqua gestari, aut cum quibus hauriri aqua solet: sed etiam ea in quibus aqua igni calefit.

Vrceus, cuius diminutiū urceolus, uas aquariū: ut tamē urceus esset ad frigidā, urceolus ad calidam. Inde urceoli ministratorij apud Martiale. Vrcei quoque sunt ex iure= consulto, quibus aqua in æneum infunditur. B. Mani= sternam Plautus urceum aquarium uocat.

Ahenum autem uel æneum, ung coquemart, cucumam nulgus uocat, uas ad parandum aque calidæ potum. Horat 1. epist. -emptis

Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum.

Miliariū qdā uocat, ut inquit Athenaeus in tertio: cuius etiam meminit Palladius. non nulli Græcorū uerborū artifices invito= λέβητα appellarunt, et inviolabiles: Pollux ahenulū uocat. B.

Hydriam Latinè uocamus urnam aquariā, une cruche.

Hydria etiamnum utebantur antiqui ad ferenda colligēdaq; suffragia. (Cic. 1111. Verr. Vt quot essent renuntiati, tot in hydriam sortes coniijcerētur.) Eius etiā usus erat ad colligendos continendosq; mortuorū cineres. B.

Calpis Plutarcho in Marcello, idem quod hydria esse uidetur. Herodotus item pro uase aquario sumit.

Craterra Nonio uas hauriende aquæ proprium: nos situlam uocamus. Quo uocabulo etiam utitur Plautus, Si hanc situlam accepero, omnem illi puteo animam intertraxero. Plin.lib. x. cap. x l i i i . de coruorum industria, Tradendum, inquit, putauere memoriæ quidam, uisum per sitim lapides congerentem in situlam monumenti, in qua pluuiia aqua durabat, sed quæ attingi non posset: ita descendere pauentem expressisse tali congerie, quæ potuero sufficeret. Huius autem est diminutuum sitella: eratq; uasculum in quo suffragia populi colligebantur in creakis magistratibus. Cic. pro Cornelio, Neque maius est legere codicem, quum intercedatur, quam sitellam ipsam cum ipso intercessore deferre. Nisi maius legere cistellam, quod mihi sanè commodius uideretur.

Suturnium, urceolus, seu guttus, ex quo aqua in pelluuum distillat, ung goutteron, ung biberon.

Pelluuum autem, uas est in quo pedes lauantur, uel ex ipsis uocabuli indicatione, ung bassin a lauer les piedz.

Malluuum quoq; uas patulum, in quo manus abluitur, ung bassin a lauer les mains.

Peluim nonnulli à pelluendo dictam putant: Varro à pedum lotione: Græci πέληρον πελίκα dicunt. Itaque uerius à Græco deduci putabitur. Quinetiam uas illud

*illud in quo pocula lauantur, Græci ὀλκῶν τὰ λευτήρια  
uocant. B.*

*Trulleum, uas quo manus perluuntur.*

*Trullam quoq; uas fuisse aquarium, ex ære Corinthio  
ficeri solitum, coniicitur ex Plinio lib. xxxiiii. cap. ii.  
Sunt ergo uasa tantum Corinthia, quæ isti elegantiores  
nunc es sculpendo transferunt modo in lucernas, modò  
in trullas, nullo mundiarum respectu. Sed et trulla, uas  
est uinarium sic dictum, quod usū teratur: uel, ut alij pu=  
tauere, à transuolando, quod per eam aqua transuulet.  
Iuuen. in tertia, Si trulla inuerso crepitum dedit aurea.  
De trulla quoque murryna loquitur Plinius lib. xxix=  
v i i. de T. Petronio.*

*Pollubrum, uas aquatile ad lauandas manus. Fabius  
Pictor apud Nonium, Aquam manibus dato, pollubrum  
sinistra manu teneto. Erat autem ut plurimum argenteū.  
Liuius, Argenteo pollubro, et aureo gutto. Quo ex  
loco dixerim guttum esse uas illud quod nos uocamus  
une esguiere a biberon: nisi maiis mistarium appellare  
cum Lucilio: sed mistarius geminas ansas habebat, et lon=  
gus erat, quo aqua uino miscebatur.*

*Chus, siue choa, unc esguiere, uasis genus quo aqua  
fundebatur: ἀπὸ τῆς Χίον, quod est fundere. Est et mesuræ  
genus humidoruū apud Atticos, Romanum congium ca=piens,  
nēpe sex sextarios, siue cotylas Atticas duodecim.*

*Phialas præterea uitreas, et aureas fuisse, coniicitur ex  
multis autorum uarioruū locis: Græci φιάλην καὶ φιάλιον uo= cant. Fuerit ne autē uas aquariū, an uinarium, dubiuū est:  
poculum tamē auricū fuisse Plinius affirmat lib. xxixiii.*

C 5 Nos

Nos tamen uitreum uulgò affirmamus esse uas, une phiole: Itali caraffam, uocant.

Armillum, inquit Varro, urceoli genus, quod armo ferebatur.

Amula, uasculum erat in quo ferebatur aqua lustralis ad expianda scelera: dictum ab amoliendis peccatis, ung benoistier. hinc amuletum, diminutuum, remedium aduersus inuidiam & ueneficia.

Antlia, uas hauriendis aquis idoneum. Martialis lib. ix. Curua laboratas antlia tollit aquas. Hinc uerbum exantlare, exhaustire.

Solum, uas erat quo in thermis uel balneis lauabatur. Quod factum olim tanto sumptu refert Linius, ut mulieres solijs argenteis utearentur.

Colum niuarium, uas erat quo aqua ex niuibus colari solebat ad delicias Romanorum, ut aestiuo tempore frigidius biberent. Martialis,

Attenuare niueis norunt & linteae nostra:

Frigidior colo non salit unda tuo.

Itaque utebantur etiam sacco niuario, qui lineus erat, ut liquidius merum potarent: quale est illud quod uocamus une estamine. Nos hodie colo utimur ad lac colandum: & est uas ligneum quod fundum linteum habet sibi annexum: uulgas uocat ung coulouer.

## VASA OLEARIA ET VNGVENTARIA.

**V**Asa olearia non solum appellabimus ea, in quibus oleum in cellis reponitur, ut cadi, urnæ, & dolia olearia:

olearia: sed etiam ea in quibus oleum consumitur in usum nostrum, ut lychni, lampades, & huiusmodi: de quibus & quum est nunc ut differamus.

Lechytus, pro ampulla olearia sumitur in sacrosanctis Bibliorum uoluminibus, nempe lib. i i i. Regum. Iulius autem Pollux in sexto, ἀντίτοποι inter uasa unguentaria annumerat. Atqui oleum inter unguenta ueteres posuer, quando nullum unguentum optimum absque oleo fieri uidemus.

Alabaster uel alabastrum, uas unguentarium quod uel ex onychino marmore, uel alabastrite fieri solebat. Cic. lib. i i. Acad. Quæst. Quibus etiam alabaster plenus unguenti patere uidetur. Mart. lib. x i. Quod Cosmi redolent alabastra fociq; deorum. Idem etiam onychen eodem libro pro alabastro posuisse uidetur: Profertur Cosmi nunc mihi siccus onyx.

Ampullas item consimili ratione annumerat inter uasa unguentaria libro tertio:

Et Cosmianis ipse fusus ampullis.

Quarum formam describit Plinius lib. i i i. epist. Quibus non hians est, nec statim patens exitus. Apuleius in Floridis ampullam olcariam uocat. Quod autem turgida & uentrosa fuerit, id ostendere uidetur locus Horatij in Arte poëtica, qui ampullas & sesquipedalia uerba, pro turgentibus & grauibus ponit. Hinc ampullam dicimus in corpore illam cutis prominetiam & inflatorem, quæ ex humore aqueo, uel etiam spirituoso aliquo ære inclusa inter cutem & carnem eleuari solet. Sue-  
tonius in Domitiano pro uase uitreo accepisse uidetur:

Vt non

*Vt non temere, inquit, super cœnam prater Martianum malum, & modicam in ampulla potiunculam sumeret.*

*Pyxis quoq; une boette, pro unguentario uase ligneo, & maxime buxeo sumi uidetur. Nescio an pyxides sint ea uasa, quæ Plutarchus in Aristide & Alexandro τὸν ἔρωτα uocat. olei quoque & unguenti croſſos, liberi adolescentes deferunt. Cornea pyxidis meminit Flinius lib. x x i. cap. x x.*

*Concha item pro unguetario uase ab Horatio ponitur: Funde capacibus unguenta de conchis.*

*Lucerna, une lampe, uas in quo olicum consumimus, ut luceat, & splendorē emittat: Græci τὴν λαμπτὰν, ὥν λύχνον, οὐ λύχνιον uocant. Hinc de Demosthene dictum est, eius scripta lucernā olere. Fiebant antiquitus lucernæ, quemadmodum etiam nunc apud nos, ex ære. Plin. lib. x x x = 1111. cap. 11. Sunt ergo uasa tantum Corinthia, quæ isti elegantiores nunc æs sculpendo transferunt modo in lucernas, modo in trullas, nullo munditarum respectu. Lucernam autem à lychno dictam contendit Seruius, unde inquit, primam breuem habet. Iuuuen.*

*Dispositæ pinguem nebulam uomere lucernæ.*

*Quod autem oliuum lucernis imponere solerent antiqui, ostendit locus Horatij: -ungor oliuo.*

*Non quo fundatis immundus nauta lucernis.*

*Lychnus, idem quod lucerna, cum tamen pro candelabro accipere videatur Vergilius primo Aeneid. Dependent lychni laquearibus aureis.*

*Scirpus autem ille laneus, qui circunfusus oleo & incensus ardet in lychno, à Græcis ἡλύχνιον appellatur, la meche.*

*Lych*

*Lychnuchi pensiles, grans chandeliers, ou lampes qui pendent aux esglises. Plin.lib. xx x iiii. cap. iii. Placure & lychnuchi pensiles in delubris, arborū modo mala ferentium lucentes. Erāt enim maxima cādelabra ex ære Corinthio, uel Aeginetico cōflata: cuiusmodi hodie quoq; in templis nostris uisuntur, & in aulis principum.*

*Candelabrum, ung chandelier, à candelarum lumine nomen impositū habet, inquit Plinius. Fiebant autē ærea candelabra etiam apud antiquos, sed Corinthio ære facta fuisse negat Plinius: quin potius Aeginetico fiebant.*

## V A S A C V L I N A R I A.

*S*vpereft nunc ut uasorum culinariorum species ac formas explicemus. Vasa autem culinaria, quæ & coquinaria Plinius uocat, sunt ea quibus coquina uel culina referta est: aut quæ in culina reconduntur, nempe fricoria, & ea in quibus pultem & pulmenta, atque alia id genus cibaria decoquimus in usum nostrum.

Aula siue olla, uas fictile, uel etiam æneum ad pulte & olera coquenda, quod uel proverbio manifestū fit. Catulus, ipsa olera olla legit. Iuuenal is satyra x iiii. Et grandes fumabant pulibus olle. B.

Pultem autem (ut obiter illud dicam) uulgus uocat de la puree: pulmentum uero, du potage: generale enim est ad multa. Cæterum ab olla diminutuum fit ollula, siue, ut antiquis placuit, aulula, ung potetelet. unde Plauti coœdia nomen accepit, ut Aulularia diceretur, propter repertam à sene auri plenam aululam.

Cacabus, Grecum est, ex Athenæo in quarto, & Aristophæ

stophanis Parasito: illi enim κάκκαρον uocant: uss autem est in quo pulmentaria super ignem coquimus. B. Non men traxisse quidam aiunt à sono, quem supra ignem positus facit. Apilius, Capita porrorum simul elix abis in caccabo nouo, ut aqua ad tertium deferueat. Fiebant autem apud antiquos etiam argentei cacci, ut uidetur affirmare iurisconsultus.

Patinam quoq; inter culinaria uasa annumerare uidetur Paulus iureconsultus: nam et escis coquendis, et etiam deferendis supra mensam seruiebat, ut diximus in uasis escarijs. qui mos hodie quoq; Venetijs obseruari à nobis uisus est.

Lebes, uas æneum aptum carnibus coquēdis, aut etiam alijs rebus, ung chauderons, ou une marmite. quod uas quia profundum erat, ideo curuum ab Ouidio dicitur.

-Fragilesq; cadi, curuiq; lebetes. Idem.

Viginti fuluos operoso ex ære lebetes.

Hoc est, cælatos, uel sigillatos, ut suprà diximus, et operibus sculptis insignes. Verg.

Ingens argentum, Dodonæcosq; lebetas. Hoc est, ære Dodonæo conflatos, et factos. Erat autem Dodona, ciuitas Epiri, in qua conflabatur et reperiebatur æs optimum, admodum resonans, ex quo etiam bractæ æneæ fiebant: unde proverbiu[m], Aere Dodonæo loquacior.

Tripus, ung trepier, ferreum quiddam, super quo uasa igni admouebantur. Tripes autem tripodis, mensa in templo Apollinis Delphici, cui superponebantur cortinæ. Plin.lib. x x x i i i. Tripodibus etiam donabantur fortis athletæ, Horatius lib. i. Carm.

Donare

*Donare tripodas, præmia fortium Graiorum.*

Sartiginem Græci λαπάδαν τὴν λαπάδην uocant. Nos uulgo Galli, ut opinor, si poelle, ut uocabuli Græci non, leuiter pressa uestigia retinere uideanur. B. Alij patellam uocant, sed opinor, barbarè: nam patella quid sit, superius ostendimus, cum de patina ageremus. Cæterum τόπον Græci pro sartagine accipere solent, nempe pro eo uase culinario, quod frigorium alijs uocant: Itali una frissora. unde τηγανίσην, frigere et coquere in sartagine, ut opinor: atq; hinc etiam Galenus panes tiganitas uocat, in sartagine coctos cum caseo, oleo, et alijs admixtis, ad saporem conciliandum: qualia sunt ea, que à nostris coquis in conuiuiorum apparatibus fieri solent, des bignetz: Itali uocant delle fritelle. unde etiam fritillæ à quibusdam Latinis enuntiantur.

Πύρων πυρφόρην Pollux uocat, quam nos cauferetam dicimus, une chauffrette. ἀπὸ τῆς κεῦμας φίσην, hoc est, ab igne ferendo: est enim id uas in quo ignem recondimus: super quo discos escarios, et lances reponere solemus, etiam dum in mensa sunt: ut iuscum, uel etiam ipsa caseo, aut siquid est aliud, calidum à nobis edatur.

Veru uel ueruculum, une broche, inter culinaria instrumenta Pollux annumerat, appellatq; θέλας τὴν θέλισκας. Vergilius, Pars in frusta scellant, uerubusq; trementi. figunt. Plin. lib. x x x 111. Ex eo sublata ueruculis ferreis, atque ipsa flamma conuoluitur ueruculo, ut sit modici pondoris. une brochette de fer.

Mortarium, ung mortier, uas lapidatum, uel æneum,  
in quo

*in quo aliquid contundimus, uel ad iuscula facienda, uel ad pulmenta condienda. Id autem quo quidpiam in mortario contundimus, pistillum appellamus, ung pilon. Plautus in Aul. Cultrum, securim, pistillum, mortarium, quæ utenda uasa uicini rogant. Vnde aquam in mortario tundere, de inani et uana opera.*

*Pila, uas ligneum in quo antiqui frumentum contundebant et expicabant, uel etiam hordeum excorticabant ad ptisanam conficiendam. Plinius libro X v 111. Tundatur granum eius in pila lignea. Ea nunc utuntur funarij nostri ad canabem et linum expurgandum.*

*Segana etiam dicitur uas in quo aliquid teritur.*

*Salinum, une saliere, uasculum in quo sal reponitur ad mensæ usum, aut sacrificia. Horatius,  
Viuitur paruo bene, cui paternum  
Splendet in mensa tenui salinum. Persius,  
Purum et sine labe salinum.*

*Scaphis, uas culinarium Athenæo: Veneti adhuc uocant una scafa.*

*Scaphium, uas in quo excrements colligebant, et coporis fecem. Iuuentalis,  
Et rude scaphium positis consumit armis.  
Σκάφιον Pollux uocat, ubi agit de necessarijs ad secessum:  
et mulierum erat, quemadmodum lasana et quis uiorum. Horatius lasanum uocat:  
Te pueri lasanum portantes, œnophorumq;  
Scaphijs autem argenteis antiqui utebantur, ut et hodie  
uiri Galliarum primarij: quin et aureis uasis uentris  
onus excipiebant, quod de Heliogabalo imperatore refertur.*

*fertur. Athenæus tamen in quarto, scaphium inter uasa,  
uel potoria, uel escaria adscribit, nisi me fallit memoria.  
B. Lucretius quoq; lib. v 1. pro quolibet uase lati orifi=*  
*cij sumit:*

*Et ramenta simul ferri furere intus abenis  
In scaphijs. Vitru. In eoq; collocetur circiter solis occa=*  
*sum, scaphium æreum, aut plumbeum, aut peluis.*

*Matella, uas urinarium, à Græcis θρήνος, unde nos uo=*  
*cauimus ung urinal. Iulius Pollux ἐνθηθεῖον uocat.*

*Martialis in secundo,*

*Matella curto rupta latere meiebat.*

*Matellam autem crepitu digitorum poscebant ueteres,  
unde iocus Martialis in Paneretum. B. Matellionem  
Tullius in Paradoxis uocat, Quid enim censes, si L.  
Mummius aliquem istorum uideret, matellionem Corinthium  
cupidiſſime tractantem, &c. Matellionem Corinthium dixit, ex ære Corinthio factum. Varro, Po=*  
*stularet trulleum, matellionem, peluim.*

*Coculum M. Catoni uas est æneum aptum coctio=*  
*nibus. Plautus, Aeneis coculis excocata est mihi omnis ma=*  
*teria. Plura, si quis inuenerit, huic ordini adscribat. Ego*  
*uerò tantum ea quæ inter legendum occurserunt, ex bo=*  
*nis autoribus congeſi.*

## V A S A   V I M I N E A.

*F*Erè opusculum clauseram, cum mihi in mentem ue=

*nit uimineorum, quæ sanè post uasa lignea expri=*  
*mere fortassis commodius fuisset: sed quando etiam hic*  
*locus nos ad eorum explicationem inuitat, simul omnia*

D doce

*docebimus.*

Vimen igitur erit omne uirgultum molle, & ad ligandum aptum: quales sunt uirgæ populi, ulni, & betule, & sanguineorum fruticum, atque etiam coryli & salicis, quæ præcipui sunt ad uasa usus. unde lentum uimen uocauit Vergilius lib. I I I. hoc est, flexible, & in quamvis partem ductile. Huiuscmodi itaque uimine fibabant uasa ad multa utilia, ut ad colligendas dapes è mensa: præterea etiam ad muliercularum linteola recondenda: quæ omnia, uasa uiminea dicebantur.

Calathus, muliercularum uas fuit, in quo suos fusos, aut etiam uolas reponere solebant. Vergilius,  
—non illa colo, calathis' ue Mineruæ  
Fœminea assueta manus. Idem in Bucol.

—tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphæ calathis.

Cuius diminutuum est calathiscus, pro eodem Politianus in Rustico, Aut cista exportant, aut rafilibus calathiscis.

Cista autem, quantum ego coniçere possum, uiminea etiam fuit: eratq; uas satis amplum, in quo multa afferuabant. Iuuenalis,

Iamq; uetus Græcos seruabat cista libellos.

Itali adhuc uocabulum integrum retinent. Hinc cisti-fer, ung porte pennier. Martialis in v.

—nupsisti Gellia cistifero.

Cistella pro eodem. Cicero tamen pro eo uase sumere uidetur, in quo suffragia colligebātur: pro Cornelio Balbo, Neque maius est legere codicem cui intercedatur, quam cistellam ipsam cum ipso intercessore deferre. Quo loco quidam corruptè, ni fallor, sitellam legunt. Cicero, aut

*aut quicunque fuerit, qui libros conscripsit ad Heren=niū, Saturnius, inquit, legem ferre coepit: collegæ in=tercedere: ille nihilominus cistellam detulit.*

*Canistrum seu canister, uas amplum, uiminiibus conte=xtum, in quo fructus recondebantur: atq; afferri in ho=norem solabant ab ipsis agricolis, seu etiam mulierculis.  
Ouid.lib. i i i. Metamorph.*

*Prunaq; et in patulis redolentia mala canistris.*

*Sporta siue sportula, canistro non erat dissimilis: sed in alium usum: nempe eum cui nostram corbem applicare solemus, une corbeille. Sallust. in Iugurtha, Et muris ca=nes sportis demittebant. Veneti sportulas et sportas ho=die uocant, uiminea quædam utrinque ansata et plica=bilia: quales sunt ficuum calathisci, cabatz des figues, ut una manu deferri possint: quibus utuntur ad carnes et escas alias deferendas, quas è foro domum asportant.*

*Sportulam præterea Romani pro eo nummo accipie=bant, qui togatis dabatur cum obsonio (ut inquit Sueto=nus) à potentioribus, ut deducerentur et reducerentur per urbem incedentes: ualebat autem centū quadrantes: quadrans uero erat qui nunc Romæ uocatur quadrin, uel quatin. nos, ung tournoys. uide Bayfium cap. i x. de re uest. et Budæum in lib. de Assc. De huiuscemodi autem sportula, Iuuenal is Satyra prima, -nunc sportula primo Liminc parua sedet, turbæ rapienda togatæ.*

*Aſconius tamen, Sportæ, inquit, sportulæ, et sportellæ, numinorum sunt receptacula.*

*Quallus, uas uimineum per quod uinum è prælo gutta=tim defluit, quod etiam colum appellat Vergilius:*

*-tu sp̄iō uimine quallos*

*Colaq; pr̄lorum fūmosis diripe teclis.*

*Picti etiamnum qualli dicūtur cistellæ in quibus mulierculæ fusos suos reponere solent. Pontanus,*  
*Vidit ea pictos melius contexere quallos.*

*Picti autem dicuntur, aut quod uiminibus rubris atq; albis intertexti appareant: aut quod etiam ijsdem uer-  
 ficoloribus uiminibus quædam ceu auium aut ferarum  
 formæ depictæ uideantur, quemadmodum Venetijs quoq;  
 nunc uideri solet.*

*Fiscina, uasculum uirgulteum, è quo lac colatur dum  
 caseus imprimitur, une escliffe: uimineum autem erat, aut  
 iunco textum. Vergilius in *Copa*, -contextaq; cannis  
 Fiscina lacte madens.*

*Theocritus τὰ λαρον appellat. In eandem quoq; signifi-  
 cationem ponitur fiscella. Vergilius,  
 -ερ gracili fiscellam texit hibisco.*

*Hibiscum autē, ut id etiam dicamus, uocat uirgas oblongas, quæ detractis ex althæa, hoc est, bismalua, guimauue,  
 folijs curuari solent, ερ in fiscellarum contextum appli-  
 cari. Nam ερ hibiscum siuc ebiscum, althæam appellari  
 contendit Dioscorides.*

*Corbis, uas uimineū quo meſſores utebantur. Cic. pro  
 Sextio, Meſſoria se corbe contexit. Propertius lib. IIII.  
 Corbis in imposito pondere meſſor eram. Plautus, Geri-  
 tote amicis nostris aurum corbibus.*

*Corbis pabulatoria, in qua pabula ad equos uel ar-  
 menta reponūtur. Columella, Si grano abstinemus, fron-  
 dis aridæ corbis pabulatoria modiorum uiginti sufficit:  
 quem*

quemadmodum meſſoriam corbem prius dixit Cicero.

Huius diminutuum corbula, une corbeille, apud Colu= mellam lib. xii. cap. l. & Plautum in Aulularia. Varro quoq; de re rust. lib. i. cap. x v. Cogit aliquot corbulas uuarum, & frondem iucundissimam ministrat ouibus. Quinetiam, corbulas Amerinas dixit Cato, ex salice Amerina contextas: iuxta enim Ameriam Vmbriæ urbem salices præstantiſimæ crescere solebant.

Panarium, uas uimineum, quo panes deferuntur ad mensam, qui mos adhuc hodie in plerisq; Italiæ locis per= durat. Statius,

Hi panaria, candidasq; mappas  
Subnestant, epulasq; lautiores.

Suetonius in Caligula, Sparsit & miſilia uariarum re= rum, & panaria cum obſonio uiritim diuifit.

Panariolum pro eodem. Martialis,  
Cum panariolis tribus redisti.

Vannus, fœmininum, uas latum in conchæ formâ con= textū, quo frumenti & auenæ paleæ expurgantur. Co= lumella, Ipſæ autem ſpicæ melius fufibis tundūtur, uan= nis expurgantur. nonnuli cribrum cereale uocant.

Cophinus, quem Grecci κόφινον dicūt, nos ung cophin (Priscianus corbem interpretatur) à leuitate dictus est: significatq; apud nos, tum uas ipsum uimineum, tum etiam mensuram ipsam uel frumenti, uel auenæ, aut alte= rius rei. Iuuenalis Saty. v i.

Cum dedit ille locum cophino, fœnoq; relicto. Columela lib. x i. cap. i i i. Confecta bruma ſtercoratam terram inditam cophinis obſerat.

Cumera (inquit Acron) uas ingens uimineum uel fistile, in quo frumenta conduntur. Modo dicitur uas quod capit quinq; uel sex modios, quod lingua Sabina trimodium uocatur. Horat. in Serm.

*Cur tua plus cumeris laudes granaria nostris.*

Cumerum (inquit Festus) uas nuptiale, à cumera=rum similitudine, quæ sunt palma uel sparto ad usum populariem.

Infinita penè alia sunt uasculorum genera, quæ hic à nobis non enumerantur hoc loco : neq; enim, ut uerum fateamur, nobis Latina omnia nomina, nedum Græca ipsa uocabula sunt usque adeo comperta, ut de ijs statuere quidquam possumus. Sed neq; id quidem uelimus Lector, ut quecunq; præter Bayfij aut Budæi iudicium à nobis posita sunt, ea omnia arcana esse credas, nisi tibi exempla faciant sa-  
tis. quòd si id quidem minus fecerint, nihil est in hoc libello, quod non tuo et  
erudi=  
torum omnium iudicio  
subiaceat.

INDEX LATINARVM ET  
*Gallicarum dictionum, quæ in hoc libello  
 paſsim conſpersæ et declaratae inueniuntur.*

A

<b>A</b> Es Aegineticum	13	Baſſin a lauer les mains	40
<b>A</b> Acneum	39	Baſſin a lauer les piedz	40
<b>A</b> hena	13	Benoistier	ibidem
<b>A</b> henum	39	Betula	17
<b>A</b> henulum	ibidem	Bignetz	47
<b>A</b> labaster	43	Boeffeau	36
<b>A</b> labastrites lapis	22	Boette	44
<b>A</b> labastre	ibidem	Bouleau	17
<b>A</b> mphicypellum	31	Bouteille	32
<b>A</b> mphithetum	30	Bractearij	6
<b>E</b> x <b>A</b> mphitheto bibisti		Broche	47
ibidem		Brochus	33
<b>A</b> mphora	34	Buffet	6
<b>A</b> mpullæ	43	Burin	7
<b>A</b> mula	42		
<b>A</b> ntlia	ibidem		
<b>A</b> rmilla	ibidem	Cabatz de figues	58
<b>A</b> rtolagani	25	Caccabus	45
<b>A</b> syntheta	19	Cadus	33
<b>A</b> fiettes	26	Celata uasa	7
<b>A</b> ualler	5	Celum	7
<b>A</b> ula	45	Calathus	31.50
<b>A</b> ureæ crufæ	10	Calathiscus	50
<b>A</b> ureus guttus	9	Calathisci ficuum	51

B

C

D 4      Calice

<i>Calice</i>	29	<i>Cistifer</i>	<i>ibidem</i>
<i>Calices fictiles</i>	<i>ibidem</i>	<i>Clare</i>	23
<i>Calices uitrei</i>	19	<i>Coculum</i>	49
<i>Calix</i>	29	<i>Colum niuarium</i>	42
<i>Calpis</i>	40	<i>Concha</i>	44
<i>Candclabrum</i>	45	<i>Congius</i>	33
<i>Canister</i>	51	<i>Conuiuialia uasa</i>	9
<i>Canistrum</i>	<i>ibidem</i>	<i>Cophin</i>	53
<i>Cantharus</i>	31	<i>Cophinus</i>	<i>ibidem</i>
<i>Capedines</i>	30	<i>Coquemart</i>	39
<i>Capeduncule</i>	<i>ibidem</i>	<i>Corbeille</i>	51.53
<i>Caque</i>	33	<i>Corbis</i>	32
<i>Carchesium</i>	30	<i>Corbula</i>	53
<i>Cassiterina uasa</i>	16	<i>Aes Corinthium</i>	13
<i>Cassiteron</i>	<i>ibidem</i>	<i>Coulouer</i>	42
<i>Catinus</i>	24	<i>Coupe</i>	28
<i>Chandelier</i>	45	<i>Coupe dargent</i>	12
<i>Chauderon</i>	13	<i>Coupe dor</i>	9
<i>Chauferette</i>	47	<i>Crater</i>	32
<i>Cheopina</i>	37	<i>Craterra</i>	40
<i>Chœnix</i>	36	<i>Cruche</i>	39
<i>Chopine</i>	37	<i>Cruche de beauvais</i>	32
<i>Chrysendcta</i>	11	<i>Crusta</i>	10
<i>Chus</i>	41	<i>Crustata uasa</i>	10
<i>Ciborium</i>	38	<i>Crustularij</i>	10
<i>Cirnea</i>	33	<i>Crystallum</i>	19
<i>Cissimbium</i>	18	<i>Culeus</i>	36
<i>Cista</i>	50	<i>Culigna</i>	32
<i>Cistella</i>	<i>ibidem</i>	<i>Cululli</i>	30
		<i>Cumeras</i>	

<i>Cumera</i>	54	<i>Entree de table</i>	23
<i>Cupa</i>	21.35	<i>Esclisse</i>	52
<i>Cuprum</i>	14	<i>Escuelle</i>	27
<i>Cuue</i>	35	<i>Esguiere</i>	41
<i>Cyathiffo</i>	28	<i>Eftamine</i>	42
<i>Cyathus</i>	28	<i>Exantlare</i>	42
<i>Cybium</i>	35		F
<i>Cylindri</i>	31	<i>Fagus</i>	17
<i>Cymbia</i>	31	<i>Ferculum</i>	25
<i>Cymbium</i>	31	<i>Fictilia</i>	22
<i>Cypellum</i>	22	<i>Fidelia</i>	37
<i>Cyphus</i>	28	<i>Fillette</i>	<i>ibidem</i>
<i>Aes Cyprium</i>	14	<i>Fiscina</i>	52
		<i>Frixorium</i>	47
	D		
<i>Deliaca supellex</i>	14		G
<i>Aes Deliacum</i>	13	<i>Gabate</i>	27
<i>Demy boesseau</i>	36	<i>Gasteaulx fueilletez</i>	24
<i>Demy festier</i>	37	<i>Goutteron</i>	40
<i>Diota</i>	38	<i>Guttus</i>	38
<i>Discus</i>	26		H
<i>ere Dodonæo loquacior</i>	43	<i>Hanap</i>	32
<i>Dolia</i>	35	<i>Haurire</i>	5.9
<i>Dolia picata</i>	<i>ibidem</i>	<i>Hemixestes</i>	37
<i>Dolia uentrofa</i>	<i>ibidem</i>	<i>Hibiscum</i>	52
	E	<i>Humer</i>	5
<i>Effictores</i>	22	<i>Hydria</i>	39
<i>Efformatores</i>	<i>ibidem</i>	<i>Hydriæ argenteæ</i>	10
<i>Ellychnion</i>	44		I
<i>Emblema</i>	10	<i>Inauratores</i>	6
	D		Incris

<i>Incrustare</i>	11	<i>Mistarius</i>	41
<i>Incrustata uasa</i>	10	<i>Modius</i>	36
L		<i>Modiolus</i>	30
<i>Labra ahena</i>	14	<i>Mortaria lapidea</i>	22
<i>Labra lupinaria</i>	21	<i>Mortarium</i>	48
<i>Labrum</i>	ibidem	<i>Mortier</i>	ibidem
<i>Lagena</i>	32	<i>Mortier de cuyure</i>	ibidem
<i>Lampe</i>	44	<i>Murrhīnum</i>	20
<i>Lanx</i>	14	<i>Murrhina pocula</i>	ibidem
<i>Lanx argentea</i>	13	<i>Murrhina uasa</i>	ibidem
<i>Lances chrysēdetæ</i>	11, 24	<i>Muy</i>	36
<i>Lebes</i>	46	O	
<i>Lechytus</i>	43	<i>Obsonator</i>	25
<i>Linter</i>	35	<i>Obsonium</i>	ibidem
<i>Lucanicæ</i>	24	<i>Oenophorum</i>	34
<i>Lucerna</i>	44	<i>Olla</i>	45
<i>Lychnus</i>	44	<i>Ollæ iufculariæ</i>	16
<i>Lychnuchi</i>	45	<i>Ollula</i>	45
M		<i>Oleæ</i>	24
<i>Magis, magidis</i>	25	<i>Oliues</i>	24
<i>Maiorica</i>	23	<i>Onyx</i>	21
<i>Malluum</i>	40	<i>Orbateurs</i>	6
<i>Marmite</i>	43	<i>Orbes</i>	26
<i>Matella</i>	49	<i>Orca</i>	38
<i>Matellio</i>	ibidem	P	
<i>La Meche</i>	44	<i>Panarium</i>	53
<i>Medimnus</i>	36	<i>Panes tiganitæ</i>	47
<i>Mentor</i>	7	<i>Paramentum</i>	10
<i>Menasge dardain</i>	14	<i>Paropsis</i>	26
		<i>Patello</i>	

<i>Patella</i>	26.47	<i>Potz à soupe</i>	16
<i>Patera</i>	29	<i>Potz de beauvais</i>	23
<i>Patera aurea</i>	9	<i>Potz de terre</i>	22
<i>Patina</i>	25.43	<i>Promulſis</i>	23
<i>Pelvis</i>	40	<i>Pulmentarium</i>	46
<i>Pelluum</i>	ibidem	<i>Puls</i>	45
<i>Phiala</i>	41	<i>Puree</i>	45
<i>Phiole</i>	42	<i>Pyxis</i>	44
<i>Pila</i>	48		<b>Q</b>
<i>Pilon</i>	ibidem	<i>Quadræ</i>	26
<i>Pincernæ</i>	28	<i>Quadrantal</i>	35
<i>Pinta</i>	37	<i>Quallus</i>	51
<i>Pinte</i>	ibidem	<i>Quartarium</i>	37
<i>Pippe</i>	36	<i>Quarte</i>	ibidem
<i>Pistillum</i>	48		<b>R</b>
<i>Pityna</i>	37	<i>Repositoria argentata</i>	13
<i>Plat</i>	24	<i>Rudia uasa</i>	12
<i>Plat creux</i>	22		<b>S</b>
<i>Plat dargent</i>	12	<i>Saliere</i>	48
<i>Poelle</i>	47	<i>Salinum</i>	ibidem
<i>Pocula</i>	27	<i>Sartago</i>	47
<i>Poculum aureum</i>	9	<i>Scaphia argentea</i>	13
<i>Pollubrum</i>	41	<i>Scaphis</i>	48
<i>Porte pennier</i>	50	<i>Scaphium</i>	ibidem, & 49
<i>Pot de cuyure</i>	14	<i>Scutula</i>	27
<i>Pot de trois chopines</i>	37	<i>Scyphus</i>	28
<i>Potaige</i>	45	<i>Scyphus argenteus</i>	12
<i>Potelet</i>	ibidem	<i>Scyphi sigillati</i>	12
<i>Potiers de terre</i>	22	<i>Segana</i>	48
			<i>Semis,</i>

<i>Semis, semifisis</i>	37	<i>Trulleum</i>	<i>ibidem</i>
<i>Seriæ</i>	38		V
<i>Sestier de uin</i>	33	<i>Vannus</i>	53
<i>Sextarium</i>	<i>ibidem</i>	<i>Vaisseau</i>	5
<i>Sigilla</i>	11	<i>Vaiſſeaux de bois</i>	17
<i>Sigillata uasa</i>	<i>ibidem</i>	<i>Vaiſſeaux de fonte</i>	15
<i>Signa Corinthia</i>	<i>ibidem</i>	<i>Vaiſſeaux entailléz</i>	10
<i>Solum</i>	21. 42	<i>Vaiſſeaux ouurez</i>	7
<i>Solum argenteum</i>	12	<i>Vaiſſelle darain</i>	13
<i>Species æris</i>	13	<i>Vaiſſelle dargent</i>	12
<i>Sporta</i>	51	<i>Vaiſſelle destain</i>	15
<i>Stannum</i>	16	<i>Vaiſſelet</i>	6
<i>Suturnium</i>	40	<i>Vas</i>	5
<i>Sympullum</i>	30	<i>Vas cuprum</i>	14
T			
<i>Taillouers</i>	26	<i>Vasa unguentarium</i>	22
<i>Tasse</i>	29	<i>Vasa ærea</i>	13
<i>Tasse dor</i>	9	<i>Vasa ænea</i>	<i>ibidem</i>
<i>Tertiarium</i>	37	<i>Vasa alabastrina</i>	22
<i>Tinne</i>	21	<i>Vasa ἀλάτην</i>	11
<i>Tinne de cuyure</i>	14	<i>Vasa aquaria</i>	39
<i>Toreumata</i>	7	<i>Vasa Aretina</i>	23
<i>Toreutice</i>	7	<i>Vasa argentea</i>	12
<i>Tornatile buxum</i>	17	<i>Vasa aurea</i>	8. 9
<i>Tornus</i>	7	<i>Vasa Bellouaca</i>	23
<i>Tournouer</i>	7	<i>Vasa betulina</i>	17
<i>Trepier</i>	46	<i>Vasa cælata</i>	10
<i>Tripos, Tripus</i>	<i>ibidem</i>	<i>Vasa conflatilia</i>	15
<i>Trulla</i>	4	<i>Vasa coquinaria</i>	13
		<i>Vasa</i>	

<i>Vasa Corinthia</i>	11	<i>Vasa uiminea</i>	49
<i>Vasa crystallina</i>	18.19	<i>Vasa uinaria</i>	32
<i>Vasa culinaria</i>	45	<i>Vasa uitrea</i>	18
<i>Vasa Deliaca</i>	13	<i>Vasorum appellationes ua-</i>	
<i>Vasa escaria</i>	23	<i>riæ</i>	8
<i>Vasa fictilia</i>	22	<i>Vasarium</i>	6
<i>Vasa hederacea</i>	18	<i>Vascularius</i>	6
<i>Vasa lapidea</i>	21	<i>Vasculum</i>	6
<i>Vasa lignea</i>	17	<i>Veru</i>	47
<i>Vasa murrhina</i>	20	<i>Veruculum</i>	<i>ibidem</i>
<i>Vasa olearia</i>	42	<i>Vimen</i>	50
<i>Vasa plumbea</i>	16	<i>Vitra filicea</i>	18
<i>Vasa potoria</i>	18.19	<i>Vrceus</i>	39
<i>Vasa promulgidiaria</i>	23	<i>Vrceolus</i>	39
<i>Vasa pura</i>	11	<i>Vrinal</i>	49
<i>Vasa Samia</i>	23	<i>Vrna</i>	34
<i>Vasa stanneda</i>	15	F I N I S	

LVGDVN NI APVD SEBA=  
 STIANVM GRYPHIVM,  
 ANNO M.D. XXXIX.





